

Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Codex Odalberti, Nummer 89

a) Noverit qualiter quidam nobilis vir n(ominatus) Ôgo et uxor eius n(ominata) Gotini quandam conplacitationem archiepiscopum Ôdalbertum agere petierunt illoque praestante fecerunt. Ôgo et coniux eius praedicta in manus Ôdalberti archiepiscopi et advocati sui Reginberti talem ad sanctum Petrum sanctumque Rodbertvm perenniter in proprietatem possidendum et statim investituram domui dei cum omnibus reliquerunt fruendam. Econtra vero praefatus archiepiscopus una cum Reginberto advocato suo et eidem Ôgoni et coniugae suae iam dictae tradidit de rebus domorum dei sibi conlatis curtem ad Chienperek cum mancipiis et territoriis caeterisque omnibus iuste ad hanc curtem accedentibus, excepto porcorum pastu, et curtem ad Prûckadorf cum omnibus iuste ad hunc locum pertinentibus et ad Esckilinpah cum mancipiis tunc ibidem manentibus aliisque omnibus legaliter ad ipsam curtem accedentibus sibi

Isti sunt testes n(ominati): Ôtto, Otker, Diotmar, Rafolt, item Diotmar, Milo, Paldrih, Êpino, Iramperht, Alprih, Hadamar, Nanzo.

Actum ad Reitinhasalah, anno domini DCCCC XXXIII, die

b) Iterum autem renovata est eadem conplacitatio in ipso anno XVIII. kal. aug. in eodem praedicto loco ad Reitinhasalah cum istis testibus n(ominatis): Diotmar, Kerhoh, Graman, Hadamar, Reginhart, Rafolt, Unillihelm, Vôlrat, Uuitagouuo, Eparhart, Alpolt, Vualtvni, Eginolf, Otachar, Vtto, Gundperht, Papo, item Pâpo.